

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Bellvm balearicvm. Ti. VIII

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

TERTIVS.

Quid prius in hac mirere uictoria: uelocitate: quod quadragesimo die parata est. An felicitatem: quod ne una quidem nauis amissa est. An perpetuitate: quod amplius Pyrate non fuerunt,

CRETICVM BELLVM. TI. VII.

**C** Reticum bellum: si uera uolumus noscere: nos fecimus sola uincendi nobilem insulam cupiditate, fauisse Mithrydati uidebat: hoc placuit armis uindicare. Primus inuasit insulam Marcus Antonius: cum ingenitum quidem uictoriae spe atque fiducia: adeo ut pluris catenas in nauibus: quam arma portaret. dedit itaque poenas uecordiae: nam plurasque naues intercepte hostes: captiuamque corpora religata uelis ac funibus pepedere: ac sic uelificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigauerunt. Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus intra castella & urbes redegit: & Gnoson: & Erythraea, & ut graeci dicere solent urbium matrem Cydonam. Adeoque saepe in captiuos consulebatur: ut ueneno se plerique conficerent. Alii deditioem suam ad Pompeium absentem mitterent: & cum ille res in Asia gerens eo quoque praefectum misisset Antonium in illa prouincia irritus fuit: eoque infestior. Metellus in hostes ius uictoris exercuit uictisque Iasthene & Panare Cydonae ducibus uictor rediit: nec ququam amplius tamen de tam famosa uictoria quam cognomen Creticum reportauit.

BELLVM BALEARICVM. TI. VIII.

**Q** Vatinus Metelli Macedonici domus bellicis nominibus assueuerat: altero ex liberis eius Cretico facto: mora non fuit: quin aliter quoque Balearicus uocaretur. Baleares per idem tempus insulae pyratice rabie corruperant maria: homines feros atque siluestres mireris ausos a scopulis suis saltim maria prospicere. Ascendere etiam incognitas rates: & prae nauigantes subinde inopinato impetu terruere. Sed cum uenientem ab alto Romanam classem prospexissent: praedam putantes: ausi

etiam occurrere: & primo impetu ingenti lapidū saxoꝝq; nimbo classem opperuere. Tribus quisq; fundis praeliā: certos esse quis miretur ictus: cum hac sola genti arma sint: id unum ab infantia studium. Cibum puer a matre non accipit: nisi quem ipsa monstraui/ percussit. Sed nō diu lapidatione Romanos terere/ postq̄ cōminus uētum est. expertiq; rostra & pila uenientia/ pecudū in morē clamore sublato petierūt fuga littora/ dilapsiq; in p̄ximos tumulos quarendi fuerūt/ ut uincerentur.

## EXPEDITIO IN CYPRON. TI. VIII.

**A** Derat fatum insulaꝝ/ Igitur & Cypros recepta sine bello: insulā ueteribus diuitiis abundantē & ob hoc Veneri sacra/ Ptolomeus regebat: & diuitiaꝝ tanta erat fama: nec falso/ ut uictor gētium populus/ se donare regna cōsuetus. Publio Clodio Tribuno duce/ sociū uiuq; regis confiscationē mandauerit: & ille qdem ad rei famam ueneno fata praecepit. Cæterum portius Cato Cyprias opes liburnis per Tyberinū ostium inuexit: quæ res latius arariū populi Romani q̄ ullus triumphus impleuit.

## BELLVM GALLICVM. TI. X.

**A** Sia Pompei manibus subacta: reliqua quæ restabāt in Europa fortuna in Cæsare transfuit. Restabant autem imanisimī gentium Galli atq; Germani: & quīs toto orbe diuisa tamē qui uinceret habuit Britannia. Primus Galliaꝝ motus: ab Heluetiis coepit: q; Rhodanū inter & Rhenū siti/ non sufficientibus terris uenere sedes petitū icentis manibus suis, hoc sacramentū fuit: ne redirēt. sed petito tēpore ad deliberādum Cum iter moras Cæsar Rhodanū pōte rescisso abstulisset fugā/ statim bellicosissimā gentem sic in sedes suas: quasi greges in stabula pastorū deduxit. Sequens/ longeq; exuentior pugna Belgarū: Quippe pro libertate pugnantium.